

esse vis, si post hanc vitam in coelum  
venire, & cætui Angelorum omnium-  
que electorum Dei adscribi, si denique  
cum Deo in sempiternis gaudijs vive-  
re desideras. Age, inquam, age anima,  
lauda Dominum, & Deum ora ne un-  
quam sinat laudem suam in corde tuo  
conticescere: memor, quæ in hoc  
mundo pro dignitate prædicare non  
potes, in altero te elocuturã, ubi per-  
fecta eris, & *evacuabitur quod ex parte  
est. Nunc enim videmus per speculum in æ-  
nigmate: tunc autem facie ad faciem; 1. ad  
Cor. 13. AMEN.*

### CAPUT XLIII.

DEI LAUDEM ESSE HOMINIS  
summam adeoque angelicam di-  
gnitatem.

*Psal. 92. In decachordo psalterio,  
cum cantico, in cythara. Quia  
delectasti me Domine in factura  
tua, & in operibus manuum tua-  
rum exultabo. Quam magnifi-  
cata sunt opera tua Domine: ni-  
mis profunda factæ sunt cogita-  
tiones tuæ. Vir insipiens non co-  
gnoscet,*